



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXI. Ne archidiaconi grauent ecclesias vel rectores in visitatione, &
qualiter se habebunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

250 HONORIVS FRIDERICVS II. IMP.
P. III. CONCILIVM HENRICVS III. R. ANGLIA.

uitio suo retineat , nec eos in terris suis scienter ha-
bitare permittat.

ANNO
CHRISTI
1111

XX I.

Vt singula ecclesiastica officia in ecclesia rite procedant secundum canonicas sanctiones, statuimus ne archidiaconi nimium graues existant ecclesiis suis subditis, districtius inhibentes, ne statutum in Concilio generali in numero conuectorum excedant , cum visitationis nomine debitam sibi recipiunt prourationem: nec ad talem prourationem venientes , extraneos , vt secum veniant, inuitare præsumant. Sed si pro honore archidiaconi eccliarum rectores aliquos velint inuitare, hoc nullatenus prohibemus. Sed ipsi archidiaco ni nullum inuitent , ne forte qui per suum aduentum ecclesias non grauarent , grauent saltem per inuitatos. Vnde, vt subtrahatur eis necessitas inuitandi , prohibemus ne archidiaconi tempore visitationis suæ apud ecclesiam , quam visitant , capitulum teneant vel celebrent, nisi forte in burgo vel in ciuitate sit ecclesia constituta. Ad hoc archidiaconis districtius inhibemus , ne aliquo modo prourationem recipient sine causa rationabili, nisi illo die quo personaliter visitant ecclesiam procurantem. Nec redemptionem pro visitatione extorquere præsumant:

XX II.

Vt omnis cupiditas & auaritiae cultus expellatur ab ecclesiæ Dei ministris præsentia præteritis duximus annexenda ; statuentes vt archidiaconatus, vel decanatus, vel aliud officium , quæ in spiri-